328 [= 660] tabula ex argilla cum anaglypho bovis fortasse. Reperta est Canusii in canali subterraneo altitudinis 40 fere palmorum Neap., ubi ex altera parte simile anaglyphum oppositum stabat; mihique dixerunt qui invenerunt suo loco ea anaglypha reperta neque cum ruderibus in canalem ingesta esse. Fuit penes canonicum Basta.

in ipso bove:

PHARNACIIS

inter pedes bovis:

K · VIIRATIVS
RIISTITVTVS
IIT · ANIRCASIK

Descripsimus ego et Garruccius. v. 4 dedi ut excepi; NIIRCINSTES Garruccius.

329 [= 7205 = 209*] basis praegrandis, cui tres statuas non magnas olim impositas fuisse ex foraminibus perspicitur; rep. a. 1866 Canusii *nel Largo Boemondo*, ibidemque fuit a. 1868 apud Fabricium Rossi. Paulo post interiit culpa operarum. Canusii MET. Venusia translatum Canusium LVP. fraude.

SALVIS · DDD NNN ·
CONSTANTINO AVG · ET
FILIIS · EIVS · CAESS
VOLVSIVS VENVSTVS
V C · CORRECTOR ·
APVL ET CALAB · 'sic'
· OB AMOREM ·
PATRIAE · STATVAS
ORNATVI PORTICVS
POSVIT ·

Otto Hirschfeld misit a. 1868. Metellus cod. Vat. 6039 f. 364*d* a Simone Vallamberto (unde mihi misit Borghesius); Lupoli p. 313. 364. Praeterea habui descriptam a domino lapidis Rossio.

1 om. in hiatu Met. — 2. 3 CONSTANTINO·AVG·ET | FILIIS·EIVS·CAESS (CAES Met.) Hirschf. Rossi Met., CONSTANTINI·MAGNI·FILIIS·ET CAESAR Lup. interpolans. — 4 VENVSIVS Lup. — 5 CORR Met. — 5. 6 coniungit Lup. — 6 APVL·ET Met. Lup., APVI ET Hirschf., APITA Rossi. — CALABR Lup. — 8 STATVAM Met. — 9. 10 PORTICVS | POSVIT Met. Hirschf. Rossi, PORTICVS·P | L·D·D·D Lup. interpolans.

330 [= 645] basis simillima n. 340, quacum simul et reperta est et adservatur.

A N N I A E
Q · F · RVFINAE
P · CASSI . DEXTRI
VIIVIR · EPVLON
OB · MERITA · AVI
RVFI ET ALBINAE
MATRIS EIVS EX CON
SENSV · VNIVERSORVM

Descripsi ego, recognoverunt Nissen et Hirschfeld. Henzen 6016 ex ed. 1.

331 [= 640] ponti Canusino inserta.

Q · ARTICVLEIO
REGVLO
PR · PRO COS · LEG
IMP · CAESARIS · AVG · P · P ·
PATRONO

Descripsi. Henzen 6494 ex ed. 1.

332 [= 641] ad pontem Canusinum reperta.

L · SILANO · M · F
D · N · PR · AVGVRI

pr. c. a. u. c. 730?

Edidi in ed. 1 (inde Henzen 5351) ab archipresbytero Caracciolo Canusino acceptam. Tractavit Borghesius ann. inst. 1849 p. 13 = opp. 5, 173, Silanum hunc a. 678 Asiam rexisse ratus relatis ad eum locis Vellei 2, 42, Plutarchi Caes. 2, Plinii h. n. 2, 35, 100 et 35, 11, 131. Sed fefellerunt virum doctissimum auctorum verba a librariis editoribusve pessumdata. Scilicet propraetoris Asiae eius ad quem a. u. c. 680 C. Caesar captos piratas adduxit, cum codices et Vellei et Plutarchi locis supra citatis itemque Gellii 5, 13 M. (Aemilii?) Iunci nomen fuisse ostendant, is a Silanis omnino alienus est (cf. Marquardt *Staatsverwaltung* 1, 192 quique ibi citantur). Deinde apud Plinium h. n. 2, 35, 100: *Cn. Octavio C. Scribonio cos.* (u. c. 678) *vidit id Silanus proconsul cum comitatu suo* quod ex Lucio praenomine depravatum esse putavit Borghesius nomen Licinii a codicibus quotquot inspecti sunt abest, ut non habeamus hoc loco L. Silanum, sed Silanum praenominis incerti. Denique quem secundo loco posui Plinii locus Niciae pictoris tabulam ex Asia Romam advexisse Silanum docet; quod factum esse ante annum, quo curiam Augustus aedificavit, u. c. 725, ex altero Plinii loco 35, 4, 27 scite Borghesius effecit, neque tamen quicquam attulit, cur libri XXXV Silanum eum ipsum putemus, de quo libro secundo relatum est. Immo tabulae advector nisi fallor is est M. Silanus, qui cum ab Antonio provinciae alicui praefectus esset, paullo ante pugnam Actiacam ad Augustum se contulit ab eoque a. 729 fasces accepit; qui et facile in aliquo orientalium provinciarum loco tabulam illam sibi compararit et non sine causa Augusto curiam dedicanti eam donaverit. Quibus perpensis quamquam constat a. u. c. 678 Silanum aliquem provinciam aliquam pro consule rexisse, tamen cur huic maxime lapidem Canusinum tribuamus, tantum abest, ut ulla causa sit, ut probabilius cogitetur de D. Silano L. f., quem Borghesius l. c. p. 11 triumvirum monetalem c. a. u. c. 665 posuit. L. autem Silanus M. f. D. n. lapidis Canusini cum videatur ad prima imperii tempora referendus esse propter magistratus minores omissos universamque tituli rationem, commode putabitur fuisse L. Silanus candidatus consulatus in a. u. c. 733 (Dio 54, 6; Orelli 48 = VI, 1375; Ephemeris epigraph. 1 p. 60). Is cum videatur frater minor esse M. Silani consulis a. 729, quem probabile est patrem habuisse Marcum aliquem (Ephemeris epigr. l. c.), Marci filius et ipse fuit. Avus autem est ni fallor Decimus is de quo modo dixi triumvir monetalis bello sociali. — Ceterum omissum gentilicium in eius modi titulo fortasse sine exemplo est (cf. I. N. 2403).

333 [= 642] Canusii sub arcu qui est vici media scilicet ad arcem via MET. iisdemque fere verbis PANVIN. *Sotto il volto* STEPH. Adhuc *strada del castello*.

INCLYTAE VENERANDE
QVE MEMORIAE VIRO
FLAVIO THEODOSIO
GENITORI DOMINI
NOSTRI INVICTISSIMI
PERENNISQVE PRINCIPIS
THEODOSI PERPETVI AVG
CVIVS VIRTVTE FELICITA
TE IVSTITIA ET PROPAGA
TVS TERRARVM ORBIS ET
RETENTVS STATVAM
EQVESTREM SVBAVRA
TAM APVLI ET CALABRI
PRO VOTO ET DEVOTIO
NE POSVERVNT
CVRANTE AC PERFICIEN
TE FLAVIO SEXIONE
VIRO PERFECTISSIMO
CORRECTORE APVLIAE
ET CALABRIAE

Descripsi ego; recognovimus Nissen, Hirschfeld, ego. Proponunt Bononius Ottob. f. 49, Traiect. f. 136'; Lilius f. 176 (inde Reinesius 3, 62 ex schedis Langermanni); Panvinius Vat. 6035 f. 41 eodemque exemplo Metellus cod. Vat. 6039 f. 364*d*; Stephanonius p. 121 (inde Gud. ms. 38, 1, ed. ind. p. LVIII); Pacichelli *mem. de' viaggi* T. IV. P. I p. 530; Pratilli p. 523; Chaupy III p. 501; Mola *peregr.* p. 30 (inde Castaldi p. 18); Marulli *sopra il colosso di Barletta* Neap. 1816 p. 8. Orelli 1126.

Versus recte diviserunt etiam Panv. Met.; non pendent igitur ex Bononio Liliove. — 1 hodie est INCL|I|E; INCLYTAE fere antiqui (Bon. Lil. Panv. Met. Steph.), INCLITAE Mola. — 6 PERHENNISQVE Met., PREHENNISQVE Panv. — 10 EST pro ET Bon. Lil. Panv. Met. — 19 CORRECTORE plerique, CONRECTORE Bon. Lil., CVRATORE Mola.

334 [= 646] Canusii *strada de' palazzi*.

M · ANTONIO
VITELLIANO
V · E · PATR · COL ·
CANVS · P · P · TRAC
TVS · APVLIAE
CALABRIAE · LV
CANIAE · BRVTTIOR ·
OB · INSIGNEM · EIVS
ERGA · PATRIAM · AC ·
CIVES · ADFECTIONEM
ET SINGVLAREM IN
DVSTRIAM AD QVIETEM
REGIONIS · SERVANDAM
POSTVLATV POPVLI
D · D · P ·

Descripsi ego, recognoverunt Nissen et Hirschfeld. Henzen 6516 ex ed. 1.

M. Antonio Vitelliano v(iro) e(gregio), patr(ono) col(oniae) Can(usii), p(rae)p(osito) tractus Apuliae Calabriae Lucaniae Bruttior(um), ob insignem eius erga patriam ac cives adfectionem et singularem industriam ad quietem regionis servandam postulatu populi d(ecreto) d(ecurionum) p(ublice). Cf. *Staatsrecht* 2, 994.

335 [= 647] Canusii *largo Tergento*.

A · BVSIDI
P · P · 7 MILITAVIT
QVO · NATVS · EST · C
SPLENDIDIS · EQVESTRIS
CREMENTORVM · TITVI
FILIIS · FILIABVSQVE · N
EXHIBITA · INDVSTR
IN EXERCITIBVS
A · BVSIDIVS · A · F
BVSIDIA · A

Descripsi ego, recognovimus Garruccius et ego. Ed. Mola *peregr.* p. 36 (ex eo Castaldi p. 20).

3 fin. aut O aut Q fuit. — 2 T pro 7, 5 CANVSINORVM pro CREMENTORVM, 6 QVE·AI . . . . . Mola errore.

336 ad Canusium rep. a. 1856 Cirignolam versus ad Aufidum; extat in aedibus Nicolai Fiore.

S · C · F · OVF · TERTI
DIA · FECIT · ANN · X
IA · L · L STATIA
VS · P · F · OVF · GAR
BVNVS · MIL ·
DIA · L · L · HILARA
TIVS · C · F · OVF · SILO

Otto Hirschfeld descripsit.

337 Canusii.

TRIB · MIL
PROC

Ioh. Dom. Rossignoli misit.

XIX. CANNAE (p. 34).

ad n. 319. Legitur in codice Neap. X. C. 79 in schedula olim solitaria sub praescriptione *in territorio di Melfi*. Varia lectio haec est: 5 SALPNO — 7 ET om. — SOTERIÆ — 9 TESMO.

XX. CANVSIVM (p. 34).

ad n. 333. Praesidis meminit Symmachus ep. 2, 43: *merita Sexionis, qui antehac Calabriam rexit, multi in bonam partem loquuntur.*

ad n. 342. 343. Cf. *Documenti ined. per la storia de' musei d' Italia* vol. 2 p. 14.

ad n. 345. Refert etiam cod. Senensis C. III. 27 f. 41' saec. XVI.

ad n. 351. Scribe Poggiocanosae. Collocat ibi iam Tullius Lazzari in epistula ad Olivierium, videturque fraudulenta transpositio proficisci ab Appiano Asculano (vide p. 494).

ad n. 353. 354. 368. 373. 392. 397 (nuper denuo prodiit). 398. Titulos hos edidit Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 195—197. Accuratas Fontanae indicationes, quo quis loco inventus sit, hic repetere nolui.

ad n. 364. Edidit item Garrucci syll. n. 1740, legens BARBATIVS, fortasse recte.

ad n. 370. Garruccius syll. n. 1741 ad exemplum suum.

ad n. 390. Delineatam edidit Garruccius quoque *graffiti de Pompei* ed. 1 (1854) p. 22, ed. 2 (1856) p. 33, unde sumpsit Ritschelius tab. III E. Illo loco addit in eodem sepulcro alibi vidisse se C·ER sequentibus ductibus incertis.

ad n. 410. In actis tabularii regii Neapolitani (unde publici iuris facta est *Documenti de' musei d' Italia* 4 p. 96) sic legitur excepta a Valentinio:

†
DEPOSITIO S+C M ACACI
QVI VIXIT IVXTVS PL M
XXXV ET DECESSET IN PACE
FEBRVARII EVTARICO FI p. C. 519
LICA V CONSVLE

ad n. 413. Reperta cum n. 410. Legitur integra sic in actis tabularii Neapolitani, unde simul edita est l. c.:

†
REQVIESCIT · IN PACE SC M
IVXTVS QVI VIXIT TANNVS
E XLV DECESSIT IN PACE
SVB DIE VI KAL AVGVSTI
GIOVE CONSVLE

6186 rep. a Canusio chiliom. IV Lavellum versus in regione q. d. Amacalucci, est apud Sabinum Luisi.

IVNIA · SEX · L · FAVSTA
SIBI · ET · IVNIAE · NOBILI
LIB · SVAE · ET · P · LIBVSCI
DIO · ~~FAVSTO EQVI~~
li romano?

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 195.

6187 Canusii rep. a. 1876 in fundamentis domus Sinesi *sull' estramurale di Santa Chiara*, extat in eadem.

VIVIT ·
A · CAECILIVS ·
NOMENCLATOR
IVXSTI
SEXTIAE · CORDIAE
VXORI · SVAE ·
SEXTIA · HAVE · ET · VA*le*

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 194.

7 hiatus non notatur.

6188 inter Canusium et Cannas in sepulcro latericio rep. et adservata cum n. 6189.

H L D L
L · BAEBIO · L · L · COSMO
BAEBIAE · L · L · DORCADI

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 193.

6189 rep. a. 1877 inter Canusium et Cannas senis chiliom. ab utroque oppido ad dextram Ofanti in loco q. d. *Prefico*, est apud Sabinum Gazzilli.

DECIMIA · Ɔ · L
ZOSIMA
P · DECIMIVS · Ɔ · L
EROS · LIB

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 193.

6190 Canusii in limine aedium Donati Matarrese.

A · F · PROPINQVO
Ɔ · A · F · LEGITIMO
Ɔ · A · F · EMPORO
IAE · MODESTAE
ACINTHO
ITI

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 197.

6191 in sepulcro ex vivo saxo excavato rep. a. 1878 una cum denariis tribus liberae rei publicae a Canusio metr. MMD meridiem versus in loco q. d. *Pietra caduta*, est apud Gaetanum Storelli.

C · VETTIO · Ɔ · L
DRIMACHO
OSSIDIA · A · L
HEDYLIVM

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 192.

6192 extra Canusium qua Andriam itur in loco q. d. *Poggionuovo* rep. a. 1878 2 metr. sub solo una cum ossibus; est Canusii apud lapicidam Paulum Sardella.

POS CONSVLATVM D N ARCADI p. C. 393
AVG E*t* FLAVI RVFINI · VV · CC · CON
SS · DEPOSITVS BRIZINVS MAI
OR PROCVRATOR DEFVNT
DIE LVNIS IX KL IVNIAS OR
A DIEI SECVNDA VIXIT PLVS
MINVS ANNOS XLVII

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 192.

2 E traditur. — Legitimi consules hoc anno fuerunt Theodosius III et Abundantius; at in Occidente huius locum usurpavit Eugenius eumque tituli urbis Romae solum norunt. Hunc qui scripsit, ad neutram rationem sese applicuit, fortasse ut medius staret inter partes adversas. Sed magis erravit confundens consulatum et postconsulatum. Nam dies Mai. 24 anno 393 Martis fuit, anno praecedente 392 Lunae.